



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. An verum Christus sanguine[m] dederit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

sententia in Syria lingua proprietate is esse debet ut si
 vel **וְהָיָה כַּסֵּף הַזֶּה חֶמֶד** *Hanc calix diatibhi.*
 Hic calix testamentum, verbum si subaudiatur poni
 debet post **וְהָיָה** ut in priorē sententia factum est.
 Tertio Matthaeus & Marcus ostendunt quid Domi-
 nus dixerit, **τὸ πρῶτον τὸ αἶμα μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης**
 Hic est ille sanguis meus, τὸ πρῶτον τὸ αἶμα μου, ille noui Te-
 stamenti, seu, quid est noui Testamenti. Quod modo-
 dum de corpore dicit: **τὸ πρῶτον τὸ σῶμα μου τὸ ὑπὲρ υμῶν**
 dicitur. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Ita
 omnia paria sunt. **τὸ πρῶτον τὸ σῶμα μου**, τὸ πρῶτον τὸ πνεῦμα μου.
 Itaque Christi-
 stas, particulam, *hoc*, ut ubique in benedictione panis,
 ita apud Matthaeum & Marcum posuit absolute, &
 solitarie pro subiecto, & illi immediate verbum sub-
 stantivum postposuit, ergo eodem modo faciendum
 est nobis apud Lucam, qui verbum omisit, & apud
 Paulum, si est intelligendum Est, etsi enim sic loqui-
 mur. Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine.
 Non tamen dicit: Hic calix est Testamentum in meo
 sanguine. ut, *Hic calix sit*, subiectum. Testamentum
 nouum in meo sanguine p. adiectum. Sed ut demon-
 stratum, hic sit subiectum, cetera praedicatum. Pla-
 ne acū dicam: Hic, vir bonus, norma virtutum est, in
 vobis nostra. Sensus enim esse potest. Hic vir bonus
 est norma virtutis, & hic est vir bonus, norma virtu-
 tum. Hic enim eleganter per appositionem dicuntur.
 3.2. His constitutis cadunt illa Calviniana & Be-
 zana. Non enim est multiplex hic tropus. In Ma-
 theo nullus est. Hic est sanguis, locutio, (vsupra de
 pane expositum est) simplex est. Quod additur: *no-
 uum Testamentum*, non est tropus; sensus enim est: sanguis
 est ille, quo nouum testamentum sancitur. quod tā pro-
 prie dicitur, quam sanguis vitulorum, taurorum, &
 hircorum est sanguis Testamenti veteris. Verus autem
 esse debet, quia pro multis effunditur.

Sed neque in calice apud Lucam & Paulum est
 tropus, quamvis nonnulli vilitatissimum esse conce-
 dam, ubi continens pro contento ponitur, nec sibi
 propterea per obscurissimas metonymias sinant eri-
 pi veritatem. Hic est, inquit, calix nouum Testamentum
 in meo sanguine. Vbi primum considerandum est, ca-
 licem in meo sanguine, esse calicem sanguinis mei, di-
 citur autem calix sanguinis, vini aqua sine figuris &
 tropis. Dialecti Heb. & ph. alius est, calix in sa-
 guine, Testamentum in sanguine, ponitur enim pro **כַּסֵּף**
וְהָיָה כַּסֵּף הַזֶּה חֶמֶד *Bachizum*
phalagibet, In sagittis & arcu. Sic Exodi 15. vers. 19. &
 alibi frequenter. Significat frequentissime causam
 instrumentalem. Interdum propriissime vertitur per
 nostrum genitivum. Exodi 12. vers. 43. Quod super-
 est **בָּבֶשֶׂר** *Babasar*, in carne, quod nos diceremus,
 quod superest carnis, seu de carne. & **בְּלֶחֶם** *balechem*,
 in pane: nos panis vel de pane dicimus. Hebraeo igitur
 more poculum in sanguine est, quod poculum
 sanguinis.

3.3. Aliam Meronymiam urget Beza. Deinde
 vinum dicitur esse ipsum fœdus, cum sit duntaxat fœ-
 deris, aut eius potius quo fœdus sancitur (nimirum
 sanguis Domini) Symbolum ac testera: vera qui-
 dem illa & minime inanis; sed tamen ab eo distin-
 guenda, quod ipsa representat. Non est igitur quod
 e celo Christum eliciamus, vel Christi corpus im-
 mensum & inuisibile communicamus. Ut propriam
 significationem verbi. Est, conferuimus. Est autem
 hic Metonymia non modo in Sacris literis frequens,
 ut est ab eruditissimis hominibus toties inculcatum,
 sed etiam ab Homero (communis videlicet loquendi
 consuetudine) usurpata. Sic enim ille ibi mentionem
 facit fœderis Graecos & Troianum multis caeremoniis

sanciti lib. Iliad. γ. **Κρυκεὺς δ' ἀνὰ θεῶν φέρον ὄρκια πρὸς ἄνδρας**
*καὶ δίδωκεν ὑποφύοντα καρπὸν ἀρένης, ἄσπετον δὲ αἰ-
 γύον.* In quibus vericulis nemo non videt (licet te-
 nua nobis, profana tum Sacris haecenus comparat): ac
 agnis & vino quae duntaxat erant fœderis Symbola,
 tribui ipsam fœderis appellationem; simili propterea
 dicendi genere, quo hic vsus Lucas poculum vo-
 cavit nouum Testamentum. Certum est enim Chi-
 stum vsum esse formulis dicendi. ipsi vulgo vsitatis, in
 hac praesertim caeremonia quam volebat ab homini-
 bus intelligi.]

Nos vero nunquam vinum fœdus esse dicimus.
 Cum Christus dicat sanguinem esse, quo fœdus sanc-
 tur. Christi verba sunt. *Hic est sanguis meus noui Testa-
 menti.* Beza cautionem ex eo facit, & ex sanguine vi-
 num, quod pro multis effundatur. Et quia sacris de-
 stituitur, ad Homerum confugit, similes enim habent
 labra laetucas, & *κερμαίους* eiusdem figlinae Beza &
 Homeri commenta. nec tamen arundineo fulcro ful-
 ciri tanta potest ruina. Quamvis enim Eusthatus *ὄρκια*
 iuramenta interpretetur, nō modo *ἐν ὄρκις λέγουσιν* verba
 iurata, sed etiam *ἐν ὄρκις εἰς τὸ ὄρκιον*, ut ilia ad iuramen-
 ta, vterant agni, & alia quae non inferebant: proprie-
 tatem tamen Homerus de pactis iam initis inter Menelaum
 & Alexandrum loquitur, verba autem *ἐν ὄρκις* Priamo
 ref. runt praecones, & ea quae ad fœdera erant vilia,
 v. *κίμας* scilicet & libamina. Nec dicit Homerus illa
 esse *ὄρκια*, sed *ἀλάλα* esse, praecedebant verba iurantia.
 At vero ait quae consequentia, *ὑπόμνημα*, & iniuriam
 di, appellantur *ὄρκια* iuramenta, ergo etiam vinum est
 hic signum corporis Christi: Si ratio illa de fabulis in
 Testamento Domini valitura est; oportet Christi cor-
 pus seu Christum ipsum, cuius caro victima est, cuius
 sanguis est libamen signum esse fœderis. Non au-
 tem signum CHRISTI, signum fœderis seu testamen-
 ti fingendum. Itaque & fabulae quarum ficulo sub-
 sidio vtuntur contra eos retorquentur. Agni dño, &
 vinum mittuntur, quibus fœdus Troianos inter & A-
 chiuos sancitur, & caelis hostiis Diini testimonium
 per iusiurandum vocentur. Non erant illa Symbola
 duntaxat fœderis, sed hostiæ caesae pro seruatoribus fœ-
 deris, Pro se enim victimas caedebant. Sic & apud Vir-
 giliū.

Et caesa iungebant fœdera porca.
 Hostiæ igitur erant, & vero sacrificio non sine scelere
 Idololatriæ demonibus litabant. Si igitur Homerus
 religionis causam decidendam recipiat, seu potius Eu-
 sthatus Homeri interpretes, etiam illo iudice Caluini-
 nus, causa cadet. Nam si comparatio instituenda est,
 victima victima, sanguini sanguis respondeat necesse
 est, ideoque fœderis nostri signum erit, non panis, & vi-
 num, sed corpus & sanguis Christi, Hoc enim esse fi-
 gnum vult Beza apud Homerum, quod est & hostia.
 Si igitur Symbolum fœderis est hostia: Panis au-
 tem & vinum non est hostia, sed Christi corpus & san-
 guis, quorum illud pro nobis frangitur, hic pro no-
 bis funditur in remissionem peccatorum, corpus &
 sanguis Christi in Eucharistia esse consequitur, non
 modo Scripturae testimonio, sed etiam pudenda Be-
 za obiectione. Si ad Priamum misisset *ὄρκα*, *ὄρκα*,
 Agamemnon, agnos pictor, & non *ὄρκα* *ὄρκα*,
 vinum, quod animam, exhilaret, sed hederam vini
 symbolum, & hac vocasset non Homerus Beza
 propheta, sed Eusthatus eius *ὄρκα* *ὄρκα*,
ὄρκα *ὄρκα*, fide iuramenta. Forte minor esset de ineptis illius risus.

3.4. Attamen τὸ πνεῦμα vocatur *ὄρκα*, *ὄρκα*,
 hic tropus est. Respondeo vocari, san-
 guinem testamenti quo illud confirmatur, sancitur,
 conditur. Sic Exodi capit. 24. vers. 6. 7. 8. Tulsi-
 que Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit
 in crateras: partem autem residuam misit super
 altare,

Beza Homi-
 ri auctori-
 tate abusi-
 tur.

ὄρκα

ius omne
 in
 angelia

Testamen-
tum.

altare, &c. Ille vero sumptum sanguinem respergit in populum, ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit Dominus vobiscum, &c. Ibi verus sanguis testamenti; ergo & hoc poculum est veri sanguinis, non Symbolum duntaxat. Itaque propriissime Matthaeus & Marcus vocant sanguinem testamenti. Ex illis igitur planissime loquentibus etiam Lucam & Paulum interpretari oportet: non è contrario. Quamvis illi nihil contrarium habent Matthaeo & Marco. Nam calix continens sanguinem, vel calix sanguinis, non est testamentum tropicè, sed verè, proprièque: Testamentum enim est non modo proprie voluntas & dispositio testatoris, sed etiam Scriptura, quæ vstratissima est locutio, inde fraudes, fallationes, suppositiones testamentorum dicimus. Deinde ipsa donatio & hereditas data, testamentum vocatur, nec improprie. Cum autem Christus sit nostra hereditas, & ex pacto nobis natus, nobis datus, simul ipse sit paternæ voluntatis secundum humanitatem certissimum, omni Scriptura honoratius elogium, & firmamentum, propriè dicitur etiam sanguis eius testamentum. Nam cum testamentum novum fieret, non est quicquam scriptum de foedere; Scriptura enim posterior est testamento novo. Quin etiam imperitè sentiunt, verba vnam aliquam rem propriè significantia, aliud non posse proprie designare, cum significationes sint ad libitum. Quis ignorat, quid proprie sit liber, & codex? At quis cum librum Ciceronis, aut Lucii postulat, censetur loqui improprie? Nec tamen corticem arboris, aut caudicem poscit.

Quod porro Basilium citat Epiph. xi. Definitione 11. qui legerit τὸν τοῦ εὐαγγελίου νόμον, contra tot codicum fidem ex incerta lectione Scripturam emendare hominis est hæretici. Habet quidem ita editio Basiliensis, sed malè fidei est apud eos, qui fidem antiquam retinent. Nam errorem esse in Basiliensi citatione nos multa docent. Primo, Græcæ, Latinæ, Syrac editiones. Secundo, Patrum lectiones. Tertio, eorum qui varias lectiones notant, ut Erasmus alique, consensus. Tertio, Beza qui nullo in libro inuenit, quam vertit, lectionem. Quarto. In ipso loco Lucæ à Basilio citato additum est verbum substantiuum ἐσθι, quod non est in textu Lucæ. Si igitur error irrepsit, ut verbum adderetur, quod non erat, non est mirum verbi casus mutari, o micron scilicet, in ο μέγα. Non igitur corruptum Basilii exemplar, omnibus Libris antefecti debet. Si quispiam intetioget, quæ verba Christus dixerit: illane quæ apud Matthæum & Marcum? an quæ apud Lucam, an quæ Paulus habet?

Respondeo. Dixisse phrasi Græcæ, in sanguine meo, hoc interpretati sunt clariore Græca Evangelistæ, sanguinis mei, & novi Testamenti. Ita nonnulli. Mihi rectius responderi videtur, si omnia dixisse, plura etiam quam Evangelistæ attulerunt, existimemus. Sic enim res firmior certiorque futura erat. Hoc in aliis etiam nonnullis vsu venit.

QVÆSTIO II.

An necessaria sit in communione species utraq?

9. 1. **V**Tramque speciem, utrumque Symbolum vident non modo Lutherani, qui omnibus in canthatis sanguinem diffusum esse contendunt, sed etiam sacramentarii, qui nec corpus, nec sanguinem adesse credunt. Bibite ex eo omnes. Quod Christus id eo dixit, ut ita quisque biberet, quo singulis sufficeret. Ideo & Marcus ait, & Biberunt ex eo omnes. Quocirca nihil est necesse præceptum fingere, quo omnibus, & semper vtriusque speciei necessitas imponatur? Instat Caluinus. [Quo magis detestabilis est sacrilega Patrum audacia, qui sacrum hoc vinculum rumpere non

Non est v-
triusque spe-
ciei lex.

dubitavit. Audimus Filium Dei vitæ plenitudinem, quam suis confert, duobus Symboli pariter testatum esse. Quæ diuinitus coniuncta erant quo iure diuul- lere homini mortali fas fuit? Adde quod consulto vi- detur Dominus præcipere omnibus ut ex calice bi- bant, quo sacrilegium hoc ab Ecclesia sua arceret. De pane simpliciter dixisse legimus, ut acciperent. Cur bi- bere nominatim iubet omnes, & Marcus bibisse om- nes diserte narrat. nisi vtriusque ab impia nouitate cau- rent fideles? Nec tamen severo hoc interdicto de- teritus fuit Papa. quin fixam à Domino legem mu- tare ac violare auderet. Populum enim totum prohib- uerit ab vsu calicis. Atque ut se probaret non sine ratio- ne furere, obtendit satis esse speciem vnam, quia per concomitantiam coniunctus sit sanguis cum carne. Quali vero non eodem pretextu totum sacramentum abolere liceat, quia æque sui participes nos facere Christus possit absque externo adminiculo.]

Respondeo. Calumniosè Papam accusari, none- nim eius imperio, sed partim sponte, partim suorum Episcoporum suasi à calice fideles abstinere cepe- runt. Nam Concilium Constantiense consuetudinem omnium probauit, eos qui tollerent, damnauit. Vltimè primus oppugnavit Petrus Dreidenfis, quod cum es- set sacramentarius, & sola Symbola agnosceret, non credidit sub specie panis sanguinem, nec sub specie vi- ni corpus, cum simul corpus tolleretur, & sanguinem. Quia autem concomitantiam tollunt, Christum esse vnam, & resurrectionem negant. Non esse autem præceptum Papæ etiam apparet ex Concil. Trid. Sess. 21. c. 1. Tantum legè Laicis datam negat, quo teneantur vsu frui vtramque speciem. Nec permittit vsum il- lis qui alteram partem damnant, permittunt, si deuotio- nis studio, non errore infidelitatis sumant. Vnus fuit Apostolorum tempore Act. 12. & Luc. 24. 30. Chrysost. Homil. 16.

Aliud est sanctificatio, aliud sanctificatum; sanctificatio est quod alterum significat; sanctificatum a. alterum sanctificare non potest, quia vtriusque ipsum sit sanctum, ut potest significare panem tuum, quem manducas, sicut ait Apostolus: sanctificatur per verbum & orationem: sanctificasti eum, non fecisti sanctificationem. Quod autem Sacerdos de manu sua dat, non solum sanctifica- tum est, sed etiam sanctificatio est: quoniam hoc non solum datur quod videtur, sed etiam illud quod intelligitur. De san- ctificato igitur pane, licet & animalibus iactare, & infidelibus dare: quia non sanctificat accipientem. Si autem tales, quod de manu sacerdotis accipitur, quale est, quod in mensa manducatur, omnes de mensa manducarent, & nemo de ma- nu sacerdotis acciperet. Vnde & Dominus in via non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleopæ & sociis suis. Et Paulus nauigans, non solum benedixit panem, sed de manu sua porrexit Luca & ceteris discipulis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum est, nec infidelibus porri- gendum: quia non solum sanctificatum est, sed etiam sanctifi- catio est, & sanctificat accipientem.

Eodem modo Augustinus lib. 3. cap. 25. Oculi co- rum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est, vsq. ad fractionem panis, certi mysterij causa, ut in illo alia ostend- retur effigies; & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrante monstratur. Pro meritis quippe mentiu- rum, quod oportebat Christum mori & resurgere, simile ali- quid oculi eorum passi sunt, &c. Non autem incongruenter acci- piunt hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum, sed, ne agnosceretur Iesus: sed tamen à Christo est facta permissio, vsq. ad sacramentum panis: ut vinitate corporis eius partici- para remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci. Scio diuersam esse eorum locorum expo- sitionem: sed senserunt igitur illi, ut & plerique inter- pretes Eucharistiam tum datam solo panis symbolo. Dionysius Alexandrinus Epistola ad Fabium An- tiocheum, ita recenset ut non modo apparcat